



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Tractatvs De Necessitate Et Modo Ministrandi
Sacramenta Tempore pestis**

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

12. An etiam de peccato mortali suspectis?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

odem die, sicut saepius teneretur confite-
ti in eodem casu, quod simpliciter falsum
est, & contra vniuersalem Ecclesie consue-
tudinem.

Q V A E S T I O X I I .

An etiam de peccato mortali suspicere?

Quæstionis explicatio.

Glossa in ca. Dixit Domi nrs. **P**ro intellectu quæstionis, oportet cum Canonistis distinguere triplicem suspi-
cionem temerariam, probabilem & violé-
tam. Temerariam vocant, quæ nullo pba-
bili fundamento nititur, quæ idcirco non
est rationabilis, sed potius iniusta; probabi-
lem, quando intercedit sufficiens ratio ad
generandum dubium, nō vero ad iudican-
dum simpliciter de peccato alterius: Vi-
olentam, quæ probabilitate deponi non
potest. Hoc supposito quæritur, an in casu
pestis & articuli mortis teneatur pastor mi-
nistrare hoc sacramentum de peccato mor-
tali suspectis, an vero excusetur?

Responsio.

In primis tenetur pastor ministrare hoc
sacramentum, primo modo suspectis:
quia

quia nulla subest causa, cur negari debeat sacramentum illi, qui cum sit vir bonus, & pro tali merito reputatus, ius ad illud pertendum & recipiendum habet.

Secundo, tenetur etiam ministrare probabiliter suspectis, quia pastor dubitat tantum, an forte peste infectus peccatum mortale habeat, & (a) qui non probatur sufficiens fin. de amper malus, presumendus est bonus: Ergo presumpt. cum vir bonus habeat ius ad sacramentum non debet propter predictam suspicionem aut dubitationem illo priuari.

Tertio (b) tenetur quoque pastor in casu mortis ministrare sacramentum violenti suspectis, si peccatum negent, & aliqua exhibeant signa bona dispositionis, tum &c. fin. de a c. fin. de Zuar. tom. 3. de sacram. disp. 57. sect. propter periculum, quia fieri potest, quod saluarentur cum sacramento, qui sine illo damnarentur, si videlicet ad sacramentum sint dispositi, etiam per solam attritionem; tum quia illae circumstantiae videntur maximi ponderis, ad deponendam suspicione in articulo mortis.

Hac doctrina videretur probabilis & pia etiam in praxi plectenda, quia in tali casu meo quidem iudicio nimis severus esset, nequid maius dicam, qui tunc negati credere nollet,

X 2 in illo

324 DE NECES. ET MOD. MINIST.
in illo siquidem articulo quilibet fidelis p-
sumi debet salutis suæ memor, & dicere, q
dicit, vt saluetur. Neque obstat commu-
nis doctrina Theologorum, quæ dicit, ne-
gandum hoc sacramentum violenter su-
spectis, quia intelligenda est extra articulū
mortis, in quo positis duobus, quæ statim
diximus, suspicio quamvis violenta, suffi-
cienter eneruatur.

Dices: Sacramentum habet etiam suum
ius, vt digne tractetur, sed fieri potest, vt
cum datur probabiliter vel violenter sus-
pectis, fiat iniuria sacramento: ergo non te-
netur pastor dare sacramentum huiusmodi
suspectis.

R. Quando sacramentum datur homi-
nibus sic suspectis in articulo mortis, non
fit contra hoc ius ex parte dantis, quia si for-
te huiusmodi suspecti illud indigne tractet
cum hoc lateat, non potest danti imputari,
& ideo non potest hac sola de causa illos
priuare iure suo, de quo illi con-
stat, non item de pecca-
to illorum.

Q V E